

splendentia corpora mundana, motum aliquem irregularem debeant perficere?

Per Terræ Motionem remouentur tot irrationales Astro- rum motio- nes.

Copernicus Fixis nul- lam Latio- nem conce- dit, sed in puncta æquinoctia- lia Terre- stris aqua- toris transfert.

Cui opponit Ricciolus.

Motus præ- cessionis æquinoctio- rum Terra adscriben- dus.

Atque sic tales & similes difficul- tates infinitè possent contra hoc Ptole- maicum & Tychnicum Systema pro- duci; quæ omnes per Terræ Motio- nem facili negotio remouentur.

Copernicus itaque Fixis omnem la- tionis motum adimens, hunc quo- que retrogradationis motum Telluri adscripsit & in puncta æquinoctialia Terrestris æquatoris transfuit; ex eo scilicet, quod motus annuus axis Ter- restris & æquatoris, exactè non con- ueniant cum motu centri in longitu- dinem.

Sed in hac Copernici sententia la- borat etiamnum animus noster, nec causas eiusmodi inæqualis motus in Tellure assequi potest. Itaque præ- cessionis hæc æquinoctiorum & inde de- pendens anomalia, tardiori alicui in Ecliptica Terræ lationi (per quam Fixæ, ex se immotæ, videntur mo- ueri orientem versus) magis imputan- da erit, sicut dictum est *lib. 5. cap. 16. de Telluris Latione.*

Acposito, etiamsi Latio hæc, ano- malix cuidam seu inæqualitati, sub- iecta sit (terreno enim globo, Geo- metricè regulam sui quouis anno & seculo æqualis incrementi præscribere & exinde semper æqualem omnino

lationem computare, irregularis esset ingenii) nulla tamen necessitas inde apparet, ob parvam hujus lationis inæqualitatem, alios adhæc motus, Accessus scilicet & Recessus seu Tre- pidationis fingere; si enim Telluri, ob ejus incrementum, conceditur retar- datio in ecliptica 50 quotannis secun- dorum, & annis 72, gradus unius, omnis quoque tolli potest eiusmodi anomalia & stellarum latio.

Et cum, per *cap. 10. hujus lib.* cui- libet Planetæ suum incrementum sit attribuendum, itaque procul dubio eâ- dem de causâ, Mars, Jupiter & Sa- turnus (de Mercurio enim & Venere non ita euidenter constat, eò quod Solem semper comitantur) periodis suis in Zodiaco nunquam eandem Fixam assequuntur; sed aliquantum remanent, ut videre est *lib. 1. cap. 17. 18. 19.*

Ex quibus itaque omnibus satis ap- paret, quod Systema Terræ motæ, solidissimis statuminetur fundamen- tis Mathematicis; atque hoc posito, multò facilius explicari possint om- nia Planetarum, Fixarumque Phæ- nomena, quàm in Ptolemaico & Tychnico vulgò recepto: nec ulla afferri possit causa naturalis, quâ vel ordo vel dispositio eorum & mo- tus, verisimili ratiocinio demon- strentur.

LIBER